

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

res Christi canonicos, secundum regulam B. Augustini, communem vitam ducentes collocaret &c. Anno Dominicæ incarnationis MCXXII. Indiēt. XV. XIII. Kal. Martij.



XXVIII.

CALIXTI II. PAPÆ LITERÆ AD ABBATEM MONASTERII GOTTESAUGIÆ.

A N N O M C X X I I.

Ex autographo Archivi Bada-Badenfis.

Calixtus Episcopus fervus fervorum Dei, dilecto filio Burchardo Abbati Monasterii S. Mariæ, quod in Spirensi Parochia, in loco qui *Godesawa* (a) dicitur, situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiæ statu satagere, & quæ recta statuta sunt stabilire. Siquidem illustri Vir *Bertholdus*, Comes de *Hohenberg* beatæ Mariæ Monasterium, cui dilecte in Christo filii præsides, in prædio suo, in loco, qui *Godesawa* dicitur, propriis constructum sumtibus beato Petro ejusque Roma-

(a) De Monasterio Godesauua vid. SPANGENBERG in *Chron. Hennebergensi*, Cap. 24. qui foundationem ponit ad A. 1010. TRITHEMIUS in *Chron. Hirsang.* Tom. I. pag. 270. (Edit. S. Galli 1690.) ponit ad 1110.

næ Ecclesiæ sub censu annuo unius Spirensis Monetæ denarii obtulit, & nos ergo ejus devotionem laudabilem perpendentes & tuis precibus annuentes, oblationem ipsam ad honorem Dei & beati Petri, Apostolorum Principis, cum omnibus ad eam pertinentibus, protectione sedis Apostolicæ communimus, statuimus enim &c. Ego Calixtus Catholicæ Episcopus ecclesiæ laudans. Datum Laterani per manum Grifogoni, sanct. Rom. Eccles. Card. ac Bibliothec. VIII. Kal. April. Indict. XV. Incarnat. Dominicæ Anno MCXXII. Pontificatus autem Domini Calixti secundi PP. Anno III.



XXIX.

EX ROTULO MONASTERII S. PETRI.

 ANTE ANNUM MCXXIII.

Heinricus de Owon curtem suam cum domo & omnibus quæ ibi possidebat. S. Petro donavit in presentia Domini sui *Ducis Bertholdi tertii & fratris ejus Domini Conradi*. Audientibus quoque his liberis hominibus. Conone de Kunringen & filio ejus Conone. Walthero de Horwan. Ratzone de Riethufen. Harperto de Wilhelm. Gerungo de Alvet. Livcilino de Ufhufen. & de familia Ducis. Conone de Blankenberc. Reginhardo de Wilare. & alijs quam plurimis.

 XXX.